



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 13.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](#)

*Est atramentum, qui stillat tergore, sanguis !  
Vah atramentum, quām mihi taler rubet !*

9. Ad Eundem.

*Perge cruentatis in te s̄avire flagellis,  
Tergaq; sanguineis scribere, perge, notis,  
Fama rosas retulit Veneris de sanguine natas;  
Luna nascentur sanguine Kostka tuo.*

## ICONISMUS 13.

*Proponit Stanislaum hominis novissima meditantem:*

*Epigraphe mortem respiciens : SIGNA VIDET  
VICTRICIA FERRE PER ORBEM. Silius I-  
talicus, lib. 1. ae bello punico.*

*Epigraphe supra Extremum Indicium: QVIS po-  
TERIT STARE IN CONSPECTV DOMINI. l.  
1. Reg. 6. 20.*

*Epigraphe supra Infernum: DVRA SEMPER LE-  
GE PATENS, POPVLOS, REGESQUE RECE-  
PTAT. Valerius Flacc. l. 1. Argon.*

*Epigraphe supra viam ad Cœlum: VARII FLO-  
RET VIA DISCOLOR ARMIS. Valer. Flac-  
cus l. 5. Argon.*

*Epigram. Stanislaus mortem meditans.  
Fixum cūiq; mori: Mors nulli parcit honori :  
Omnia Mors æquat, maxima cœpta secat.*

Ad

Ad manes imus : sub terram terra redimus ;  
 Ultimus est finis, metaq; nostra, cinis.  
 Et sequar hæc Voto, quæ mox rapit invida Clotho.  
 Terrea quid spero ? post breve, pulvis ero.

2.

Sæpe vigil perago somni sine munere noctes  
 (Longa sati s, somno tempora, fata dabunt.)  
 Dumq; inter tacitas nemo venit arbiter umbras,  
 In tenebris Kostkam mortua turba docet.  
 Quid tamen à mutis insomnis Kostka Magistris  
 Addiscit ? disco vivere, disco mori.  
 Ut mihi mors felix contingat ; vivere disco :  
 Ut felix possim vivere ; disco mori.

### 3. De Stanislao extremum judicium meditante :

Dum subit illius feralis imago diei ,  
 Ultima quæ mundi meta ruentis erit ;  
 Ossa pavore tremis : recti stant vertice crines :  
 Ex Kostâ, nimio Kosta timore fugit.  
 Quam bene formidas ! timor hic tibi proderit olim ;  
 Non tunc judicium, qui timuere , timent.

### 4. De eodem meditante Cœlum :

Dum rutilum spectas oculis rorantibus axem  
 Kostka, tibi rident Sidera, sordet humus.  
 Non miror, si sordet humus ridentibus astris ;  
 Terra lntum, lachrymis fit madefacta, tuis.

E 5

5. De

## 5. De eodem meditante Inferos.

Cur oculis objecta tuis, *Acherontis* imago,  
 Ex oculis pluvias jugiter haurit aquas?  
 Parce metu lacrymose puer: tibi *Tartara* parcent:  
 Non uno coeunt ignis, & unda loco.

Parce metu, quid enim metuas incendia? fida,  
 Cui sunt in promptu, tam prope semper, aqua.

## ICONISMUS 14.

*Stanislaus* mentem suam de ineunda Societate  
*Iesu*; quā aliquamdiu præposterā vere-  
 cundiā præpeditus, celaverat; Confes-  
 sario suo aperit, liquidissimis subinde  
 gaudiis Cœlitus perfusus. Epigraphe:  
 NVDAT CVRARVM seCRETA. Claudio-  
 nus l. i. de rapin Proserp.

## Epigram.

Non miror curis Kostkam mordacibus ustum;  
 Conceptum clauso dum tenet ore Deum.

Non miror magnis Kostkā plausisse triumphis;  
 Dum, quod mente diu parturit, ore parit.  
 Femina sic varios patitur, dum parturit, æstus;  
 Sed dolor in plausus, dum parit illa; perit.

## ICONISMUS 15.

*Stanislaus* emissō de intrandâ Societate  
*Iesu*